



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CCCIX. Ioannis Papae VIII. Ad Aldefonsvm Regem. Ouetensis  
ecclesia Gallaeciae metropolitana efficitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

## EPISTOLA CCCVIII.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD IOANNEM EPISCOPVM FICOCLENSEM.

Visitationem Fauentinæ ecclesiæ pastore destitutæ,  
eiusque curam ei committit, donec nouus  
pastor eidem præficiatur.

*Ioanni episcopo Ficodensi.*

**O**BITVM Romani Fauentinæ ciuitatis antistitis directa  
dudum relatio patefecit: quapropter visitationis de-  
stitutæ ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter dele-  
gamus. Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de \* pro-  
uectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque,  
vel quidquid illud est in patrimonio eodem, a quoquam  
præsumatur ecclesiæ; & ideo \* ecclesia tua ad prædictam  
ecclesiam ire procuret, vt quidquid vtilitati illius con-  
gruit, interim solerti cura præuideat, quoisque, qualiter  
se habeat electio, vel ordinatio succedentis episcopi co-  
ram nobis synodali discutiatur examine, & apostolica ter-  
minetur, Deo iuuante, censura. Data xiii. Kalendas Au-  
gustas, indictione xiv.

## EPISTOLA CCCIX.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ALDEFONSVM REGEM.

Hic incho-  
atur appen-  
dix epitо-  
latum.

Ouetensis ecclesia Gallæciæ metropolitana efficitur.

*Ioannes episcopus seruus seruorum Dei, Aldefonso regi Christianis-  
simo, seu cunctis venerabilibus episcopis, abbatibus  
vel orthodoxis Christianis.*

**Q**VI igitur in cura nos totius Christianitatis beati Pe-  
tri apostolorum principis sempiterna prouidentia  
succesores ea Domini nostri Iesu Christi constringimur  
adhortatione, qua beatum Petrum apostolum monuit,  
dicens quadam \* voce: *Tu es Petrus, & super hanc petram Matth.16.  
ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni celorum,*  
& reliqua. Hinc rursus imminentे Domini nostri arti-  
culo gloriose passionis, inquit: *Ego pro te rogaui, ut non Luc.22.  
Concil. Tom. 24.*

Yy ij

*deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.*  
 Ideoque quia vestræ notitiae fama per hos fratres limina apostolorum lustrantes, per Seuerum & Desiderium presbyteros nobis miro odore bonitatis est reuelata, paterna vos adhortatione commoneo, in coeptis bonis operibus, gratia duce, perseverare, quatenus copiosa vos beati Petri protectoris vestri & nostra protegat benedictio. Et quotiescumque, filii carissimi, ad nos venire quilibet vestrum, aut transmittere voluerit, tota cordis exultatione & animi gaudio de vltimis Gallæcia finibus, cui vos præter me Dominus rectores constituit, tamquam iure filios nostros, vos colligimus: & ecclesia Ouentensis, quam vestro consensu & assidua petitione metropolitanam constituimus, omnes vos subditos esse mandamus. Et concedimus etiam prædictæ sedi, ut ea quæ reges, seu fideles iuste obtulerunt, vel in futurum, Domino optulante, contulerint; rata, firma, & inconcussa manere in perpetuum præcipimus. Hos quoque laores literarum nostrarum omnes hortor ut habeatis commendatos. Bene valete.

EPISTOLA CCCX.  
 IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ALDEFONSVM REGEM.

Monet ecclesiam sancti Iacobi consecrari.

*Ioannes episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Aldefonso glorioso regi Gallæciarum.*

**L**ITERAS deuotionis vestræ suscipientes, quia deuotum vos esse cognoscimus erga vestram sanctam ecclesiam: gratias vobis multiplices referimus, Dominum exorantes, ut victor regni vestri \* abundet de inimicis vestris victoriæ vobis concedat. Nam nos, fili carissime, sicut petistis, sedulas preces Domino fundimus, ut regnum vestrum gubernet, vos saluos faciat, custodiat, & protegat, & super inimicos vestros ..... ecclesiam autem beati Iacobi ab Hispanis episcopis consecrari facite, & cum eis Concilium celebrate. Et nos quidem, gloriose rex, sicuti vos, a Paganis iam constringimur, die ac nocte cum illis bella committimus, sed omnipotens